continuis lachrimarum rivis culpam eſt con=
feſſus, maculamq; calida abſterſit et deſtitit.
Pro Superum, hominumq; fidem, quantus et mor=
talium numerus inter blaſphemiarum feditates
fulmine percuſſus, aut alio mortis ſed malę
fortis genere ſuffocatus miſere occubuit? Heu,
quot infernalis cerberus poſt deterrima men=
dacia ad inferos diripuit, quot inter ſacri=
legos actores ſecum ad æternarum barathrum flam=
marum deturbavit? quot inter periuria,
fallaceſq; aſſertiones, turpiloquia, irriſiones
ad tartareas detruſit cavernas, quorum mor=
tis, et tam malę fortis unica cauſa extitit
Lingua. Quæ omnia, niſi brevitati (ſicut par eſt)
ſtuderem veriſſimis tum veteribus, tum recen=
tioribus ~~meos~~ probare exemplis, omiſſis itaq;
aptiſſime hic, quod Horatius accanit Epiſtola
ad Mecenate: Ludus enim genuit trepidum
certamen et ira, Ira truces inimicitias et fu=
nere bellum. Sic ego in ſtius dixerim: Lin=
gua loquax genuit trepidum certamen, et iras,
Lingua truces inimicitias, et funere bella.

nam.